

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





PRETIOSVM Deum donum, Philologia, ap-
mo parente ad posterum manasset integra; verum
quod corruptum omnia, peccatum, & Philosophiam cor-
rupto ipso in fonte: non exiit tamen. Rectè diuiditur
in naturalem, rationalem, & moralem.

I.

AD scientias speculativas reduci debet Logica, quæ
non aliter dirigit operationes mentis, quam ordi-
nem quemdam rationis adinuicem, ac constituendo
inter conceptus illarum obiectivos; unde obiectiua
eius formale est tantum secunda intentio obiectiua.

II.

NATURARVM vniuersalitatem inchoat na-
tura, absoluit ratio; illa vniuersaliter præbet
fundamentum, hæc complementum. Gradus Meta-
physici sola ratione distinguuntur, Speciei infimæ con-
seruandæ par est vnicuius indiuiduum, licet generi ser-
uando sit impar vnica species.

III.

ENS nec genus est, nec vniuersum respectu sub-
stantiæ & accidentis, multominus respectu Dei &
creaturæ: est autem analogum. Substantia categorica
cælum & Angelos ambitu suo concludit; Deum omni-
nino simpliciter finibus suis non includit.

IV.

QUANTITAS continua lineam, superficiem,
ac solidum tanquam veras species coerct; discreta
verò numerum non arct. Relatio non est complexio
subiecti fundamendi & termini, sed ordo subiecti ad
terminum.

V.

PROPOSITIONES de futuro contingenti
secundum se nec determinatæ veræ sunt, nec determi-
natæ falsæ. Qui ad Deum recurrit, cui præsentissima
sunt omnia, questionem excurrit. Scientia fidem &
opinionem eodem de obiecto non comparatur.

VI.

EX MORALI.

I.

MORALIS actionum humanarum ad bonum
directrix scientiæ practica titulo gaudet. Etatem
in auditore non spectat, sed indolem; unde iuuenes
dirigit, & senes non negligit. Diuiditur in Monasticam,
Oeconomicam, & Politicam. Hæc cæteris præstantior.

II.

BONVM rectè dicitur id quod omnia appetunt:
non quod omnia quodlibet, sed quia singula suum
appetunt. Tanta est voluntatis in bonum inclinatio,
ut malum prosequi non possit, nisi boni specie delin-
sum, nec bonum fugere, nisi malitiam præ se ferat.

III.

QUICQUID sit, propter finem aliquem sit, sed
non eodem modo; tota quippe irrationalis na-
tura ab auctore suo ad finem suum dirigitur, nec tam
agit quam agitur: agens verò ratione prædictum ex pro-
pria directione se mouet ad finem; unde Dominus est
suorum actuum.

IV.

NEMO potest duos fines simpliciter vltimos si-
mul intendere, sicut nec duobus Dominis infer-
uire. Varii varios appetunt. Malè Epicureus ait, mihi
frui mea voluptate bonum est; malè Stoicus, mihi frui
mea virtute bonum est; optimè Christianus, mihi ad-
hærere Deo bonum est.

BEATITUDO ergo nomini obiectiva totius
Deus est; formalis, eius intima possessio, quam
clara visio formaliter efficit, & castus amor efficienter
acquirit. Perfecta est in singulis beatis felicitas, non ta-
men æqualis in omnibus.

VI.

MISER ille est qui hinc in via beatam vitam qua-
rit, vbi nec vita est; summa quippe huius perfectio
alterius vitæ desiderium est. Ipsa etiam cognitio, quæ
habetur de Deo per creaturas, non explet creaturæ ra-
tionalis appetitum naturalem, irritat magis.

VII.

LICET mutua sint intellectus, & voluntatis officia:
sua tamen est intellectui supra voluntatem præcel-
lentia. Conclusionem Syllogismi practici non tam dicit
mens assentiendo, quam voluntas eligendo. Verum
vnusquisque iudicat prout affectus est.

VIII.

VIM nunquam patitur quoad actus voluntatis
elictos, patitur nonnunquam quoad imperatos. Quæ
sunt ex metu, sunt inuoluntaria secundum quid:
quæ vero ex concupiscentia, voluntaria simpliciter, &
quidem propensione maiori, sed minori perfectione.

IX.

DATVR in homine libertas, etiam post lapsum
primi hominis: illa verò est potentia, non passiva,
ut peruersè asserunt heretici, sed actiua ac sui determi-
natiua. Licet radicem habeat in intellectu; est tamen
ipsius voluntatis ex directione intellectus coniuncti se
se mouentis.

X.

DVPLEX apud S. Thomam libertas; vna volun-
tatis: altera electionis, quam appellat liberum ar-
bitrium. Huic essentialis est indifferentia ex parte po-
tentia, & in nobis ad merendum & demerendum requi-
ritur. Posse peccare non est perfectio essentialis, sed de-
fectus libertatis imperfectæ.

XI.

ACTIONIS humanæ bonitas ex obiecto, fine,
& circumstantiis æstimanda est; præsertim ex fine:
malitia ex minimo eorum defectu; malum quippe ni-
hil est præter priuationem boni. Actiones in specie in-
differentes multæ sunt; in indiuiduo, nulla.

XII.

PASSIONES ex natura sua sunt indifferentes.
Bonæ sunt ex usu: malæ ex abusu. Sex sunt in ap-
petitu concupiscibili, quinque verò in irascibili. Ha-
bitus comparatur per actus; illum suscipiunt intel-
lectus & voluntas, non admittunt sensus & facultas
motrix.

XIII.

VIRTUTES aliæ virtutibus acquisitæ, aliæ infusæ. Hæ
virtutis nomen propriè merentur: illæ vero non
nisi secundum quid. Officiis sæpe non sunt diuersæ,
sed finibus semper. Quatuor sunt Cardinales, duobus
hinc inde virijs obfesse, si tamen iustitiam exemeris.

XIV.

VINCULO tam insolubili constringuntur vir-
tutes omnes, ut vna non sinat ab altera se diuell-
li. Vulgare duellum non fortis animi, sed effera mentis
argumentum est. Index tenetur ex officio iudicare se-
cundum allegata, & probata.

PRIUS est quod magis speculatur. Plus quam tria
generationis principia admittere, superfluum: pau-
ciora quam duo compositionis, ridiculum. Lewis est
materiæ primæ entitas, ut potè cum nullum sibi pro-
prium actum includat. Sine formis itaque eam existere
impossibile.

I.

MATERIA & forma totius Physici partes sunt
essentiales. Scipis ambæ necuntur sine vlla
vniione modali superaddita. Natura est principium mo-
tus ac quietis &c. Ars æmula naturæ eam sæpius infe-
quitur, sed raro assequitur. Caue ergo ne dum nouum
aurum moliris, vetus demoliaris.

II.

QVATVOR sunt causarum genera. Ad vnum ex
ipsis facile reuocari potest exemplar. Causa finalis
omnium nobilissima est; influxus eius realis est, licet
appellatur motio metaphorica. Id quod mouet in fine,
est bonitas eius: apprehensio verò est conditio neces-
saria.

III.

PRIMA causa ex nihilo cuncta eduxit per creatio-
nem; & hanc virtutem ita sibi propriam vindicat,
ut nulli vnquam alteri conuenire possit. Omnia quo-
que suo nutu moderatur, adeò ut in nihilum ruerent
sublato, vel tantillum intermisse perenni eius influxu.

IV.

AGVNT causæ secundæ; agit & cum illis causa
prima, non autem solum tribuendo formas, aut
eas in esse conseruando, sed etiam ipsas applicando ad
operandum, ut loquitur S. Thomas: si concurrentem
itaque non audes diffidere, debes agnoscere præmouen-
tem; & sic humanam non destruis libertatem, quin imò
astruis ipsam firmissimè.

V.

AB eadem causa plures effectus etiam oppositi pos-
sunt oriri: non autem à pluribus causis totalibus
eiusdem ordinis, vnus, idemque numero effectus. Causæ
per accidens fortuna & casus in Deum non cadunt. Qui
fati nomine prouidentiam diuinam intelligit, senten-
tiam teneat, linguam corrigat.

VI.

INFINITVM actum creatum nullum est, nec vllum
esse potest. Quicumque datâ creaturâ dari potest
perfectior, quicumque magnitudine maior. Motus est
actus entis in potentia, quatenus in potentia. Repugnat
motum localem fieri in instanti temporis.

VII.

LOCVS est superficies prima corporis &c. Illius
immobilitas secundum distantiam à primo conti-
nente reperenda est. Plura corpora diuinitus eodem
loco contineri possibile: at idem corpus pluribus locis
simul circumscribi, impossibile. Vacuum totis viribus
auersatur natura.

VIII.

TEMPVS res intellectu difficilis, sicut ab omni-
bus, dum à nullo quaritur, sed dum ab aliquo,
quid sit, inquiritur, ab omnibus ferè ignoratur; non
existit enim nisi per nunc fluens. Partes habet quan-
titas semper diuisibiles, nunquam tamen actu infi-
nitas; non sunt enim partes in continuo nisi potentia.

IX.

IN mundi productione vniuersa propter semetipsum
operatus est Dominus. Singule ergo mundi partes si-
gillatim bonæ sunt, sed omnes simul valde bonæ. Actum
vnicui fecit voluntas Dei: multiplex condi non po-
terat, si propriè loqui velimus; unde ex vnitatem mundi
vniatem opificis rectè colligit Aristoteles.

MVNDVM in tempore conditum tunc credi-
mus, sed non bene demonstramus. In vltima
mundi clade cælum & terra transibunt, corpora omnia
mixta dissoluentur: homo tamen mortalis induet im-
mortalitatem. At quando hæc sunt euentura? latet vlti-
mus dies, ut obseruetur omnis dies.

X.

GLOBII cælestes constant materiâ & formâ longè
diuersæ rationis à sublunaribus. Voluntur ab
Angelis sibi assistentibus. Miro habent influxus in hæc
inferiora: nihil tamen directè possunt in liberas homi-
num voluntates.

XI.

ELEMENTA quatuor postulat rerum vniuer-
sitas, sicut & quatuor primas qualitates, quæ in
singulis elementis binæ copulantur. Alia descendunt
per grauitatem, alia per leuitatem ascendunt; omnia
quærun locum sibi proprium, ut in ipso quiescant.

XII.

ANI MA rectè definitur actus primus corporis or-
ganici potestate vitam habentis. Legitimè diuidi-
tur in vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem. Hæc vlti-
ma principem inter animas tenet locum. Spiritalis est
& immortalis.

XIII.

EX METAPHYSICA.

I.

METAPHYSICA causas altissimas per altissi-
ma principia speculatur; unde præ cæteris sapi-
entiæ nomen meretur. De principiis aliarum scientia-
rum fert iudicium; & omnium omnino primum istud
statuit. Impossibile est idem simul esse & non esse.

II.

ENS in actum & potentiam rectè diuiditur. Actus
simpliciter prior est potentia. Solus Deus est suum
esse; in qualibet enim creatura essentia ab existen-
tia distingui realiter, necesse est. Essentie rerum ab
eterno sunt somnia temporis. Existencia est effectus ab
agente particulari minime expectandus.

III.

SVBSISTENTIA est ipsamet existencia substantialis.
Qui pro principio indiuiduationis in substantiis
materialibus ipsamet differentiam numericam affe-
runt, difficultatem non attingunt; optimè omnium
Doctor Angelicus assignauit materiam signatam.

IV.

ANGELOS existere docet religio, non demon-
strat ratio. Puri sunt spiritus, & molis expertes;
assistent Deo & hominibus, illi in gloriam, istis in
gratiam. Omnes inter se specie differunt, nec solo nu-
mero diuidi possunt. In loco non sunt nisi per ope-
rationem.

V.

DEVM clamant omnes creaturæ. Ipsum ergo exi-
stere naturali lumine possumus euidenter demon-
strare. Actus est purissimus omnem excludens compo-
sitionem. Semper fuit, aut nunquam; Vnicus est, vel
nullus; Vbiq; presens, vel nullibi: nec tamen ima-
gineris ipsum per spatia imaginaria diffundi.

VI.

OMNIA nuda sunt & aperta oculis eius. Scien-
tia diuina est causa rerum, adiuncta tamen vo-
luntate. Duplex distinguitur in eo scientia, visionis sci-
licet, & simplicis intelligentiæ. Nouum itaque de scientia
media figmentum penitus explodendum. Voluntas
Dei consequens semper impletur; voluntati enim eius quis
resistit?

Hæc Theses, Deo duce, tueri conabitur MICHAEL MICHON Parisinus, Die Luna 2. Octobris, Anno Domini 1662. à prima ad vespertam.

Arbitr erit IOANNES DENIS Baccalaureus Theologus & Philosophiæ Professor.

PRO ACTV PVBLICO ET LAVREA ARTIVM.
IN GRASSINÆO.